Elect. Lenit. q. ſ. m. Sumatur manè cum regimine.

*Bolus Sudoriferus.*

℞. Pul. Rad. Serp. Virg. gr. xv. Ther. Ven. ℈ſs. Sal. CC. gr. ij. Croci gr. iij. Ol. Nuc. Moſc. gut. ij. Laud. liq. gut. xv. Diacod. q. ſ. m.

Egregiè, & præ cæteris ferè omnibus, Sudores movet. Summè Alexipharmacum eſt, & præpotens medicamentum in Febribus continuis & mali moris, præſertim Diarrhæa ſtipatis. Stomachicum eſt, Cordiale, Hyſtericum.

*Bolus Vermifugus.*

℞. Hydrarg. benè depurati ℈j. conteratur in mortario vitreo, cum Sacchari rubri pari pondere, donec in particulas inviſibiles diſſolvatur, ſub finem addendo Ol. Amygd. dulc. gut. ij. fiat pulvis, cui adde Scammon. pulv. à gr. iv. ad ℈ſs. & cum Syr. è Cichor. cum Rhab. f. Bolus.

Medicamentum videtur nobiliſſimum. Sed (ingenuè fateor) ipſe nunquam præſcripſi; nec ab alio quopiam præſcriptum novi; ſed communicatum habui.

*Cataplaſma Amarum.*

℞. Ther. Ven. Farinæ Lupin. ā ℈iij. Sem. Santon. ℈ſs. Spec. Hieræ Pic. ℈ſs. Ol. Abſinth. ſtill. gutt. xvj. Succi Tanaceti q. ſ. m.

Regioni Umbilicali applicetur, contra Vermes. Vid. Fot. Amaric.

*Cataplaſm. Anginoſ.* ℥viij.

℞. Fic. ℥iv. Alb. Canis ℥ſs. Flor. Sulph. Piperis longi ā ℈j. Sp. Vini. com. ℥ij. Ol. Abſinth. chym. gut. xvj. Diacod. q. ſ. miſce. Probè contundendo in mortario. Adeò Gulæ adaptetur, ut ad utraſque Aures pertingat.

Licèt Angina ſit Inflammatio; atque in prin-
ci-

cipio Inflammationum plerumque locum poſtulent Repellentia; hìc tamen maximoperè ſunt cavenda; quia pars affecta eſt admodùm glandulosa, utpotè Salivationi dicata; atque ſi ex Refrigerantibus & Repellentibus, perperàm admotis, Saliva coaguletur; Glandularum tonus debilitetur; inibique obſtructiones multùm adauctæ, & obſtinatæ reddantur; nequit exindè non fieri, quin planè ſuffocetur æger. Sed in hoc morbo, præcipua erit danda opera, ut Pituita liquetur, Glandulæ confortentur, & exonerentur. Hæc autem hujuſmodi calidis externis, & Gargariſmis internis, optimè conficiantur: diligenter interim curando, ut major Inflammatio, & Affluxus ad partem, per liberalem Sanguinis miſſionem, Enemata, & Epiſpaſtica, præſcindantur, & præcaveantur.

*Catapl. de Caſſia.*

℞. Extrac. Caſſiæ ℥j. Ung. Sambuc. ℥ij. Sperm. Ceti. ℥ſs. Pulv. Agar. ʒiſs. m. f. Catap.

Adversùs Anginam celebrè & ſecretum remedium quibuſdam habetur.

*Cataplaſma Cepaceum.*

℞. Cepar. contuſ. ℥iij. Sapon. vulg. ʒvj. Salis ʒiij. m.

Domeſticum, & citò parabile eſt remedium ad ambuſta, efficaciſſimè, & expeditiſſimè Empyreumatis fervorem demulcens & tollens.

*Cataplaſma de Chelidonio.*

℞. Herb. Chelid. maj. Abſint. virid. Hed. terr. ā Mſs. Stercoris albi Gallinæ pul. ʒiſs. Alb. ovi optimè conquaſſ. q. ſ. m.

Auxilio eſt ſuffuſionibus, & ſuggillationibus Oculorum à Contuſione obvenientibus.

*Cataplaſma de Cymino.*

℞. Cepar. ſub cinerib. aſſatarum ℥iſs. Croci [forcipibus minutim ſciſſi] gr. xv. Ol. Succini gut. xij. Pul. Sem. Cymini, Ung. Dialth. ā ʒiij. m.

In Aurium Dolore plurimum poteſt. Admoveatur calidiſſimè, & renovetur quartis horis, ſi dolor eò uſque perſeveraverit.

Aliqui vehementer prohibent Opium in Aures intrudi; ne ſc. Organi tonum laxet, Obauditionemque inducat; quod mihi [non ſatis experto tamen] vix veroſimile.

*Catapl. Diaſinapeos.*

℞. Mellis, Aceti, Spir. Vini com. an. ℥j. Pul. Sem. Sinap. q. ſ. m. f. Catapl. Valet in Apoplexia, Paralyſi, Febribus Peſtilentialibus.

*Cataplaſma Diſcutiens.*

℞. Herb. Malvæ Mij. Abſint. virid. Jacobææ, Fl. Chamæm. Roſ. rub. ā Mj. Coq. in Cereviſ. tenui. Magmati expreſſo, & contuſo adde Farinæ Hord. Fœnugr. Ol. Lini. ā ℥ij. m.

*Cataplaſma Emolliens.*

℞. Rad. Lil. alb. ℥iv. Herb. Malvæ M iv. Alſines M ij. coq. in Aq. Font. Expreſſ. Adde Axung. porc. ℥ij. Farinæ Aven. q. ſ. m.

*Cataplaſma de Farinis.*

℞. Farinæ Fabar. Hordei, Orizæ, Sem. Fœnugr. ā ℥j. coq. in Aq. Calc. q. ſ. tandem adde Ol. Roſ. & Chamæm. ā q. ſ. extendatur ſuper linteum duplicatum, aſpergatur cum pul. Styr. Calam. & moderatè calidum applicetur.

Egregium eſt ad Mammarum Inflamationem, à lacte coagulato.

Ca-

*Cataplaſma ad Gangrænam.*

℞. Farinæ Hordei, Orobi (vel Lupin.) ā ℥iij. coq. in Lixivio forti, ad finem coctionis adde Myrrhæ, Aloes pul. ā ℥ſs. pul. Rad. Ariſtoloch. rot. ℥j. Salis & Aluminis ā ℥ſs. m.

*Cataplaſm. de Halecibus* ℥xſs.

℞. Rad. Bryon. albæ ℥ij. Sapon. nigr. ℥iij. Carnis Halec. [vel Encraſicularum] ex muria ℥iv. Salis ℥iſs. m.

Plantis pedum alligetur, quando materià febrilis caput malè petit, Spirituſque opprimendo, Stuporem Soporemve inducit.

*Catapl. Hydropicum.*

℞. Sterc. Bov. recent. ℔ij. Bac. Lauri pul. ℔ſs. Rad. Bryon. alb. recent. ℔j. Sem. Cymini pul. Flor. Sulph. ā ℥iv. cum Aq. Calc. (vel. Lixiv. forti) f. Catapl. addendo Axungiæ Porc. ℥iv.

*Cataplaſma de Iride.*

℞. Farinæ Rad. Irid. Florent. ℥j. Mellis ℥iij. vel q. ſ. m.

Super alutam extenſum, & parti applicatum, proficit in Angina, & Affectibus Pectoris pituitoſis, Dolore Laterali externo, &c.

*Cataplaſma Laterale.*

℞. Farinæ Sem. Lini ℥viij. Fœnugr. Cymini ā ℥iv. Mellis ℥ij. Ol. Lini q. ſ. miſce in mortario.

Dolorem lenit; mirabiliter Penetrat; & Diſcutit. Locum habet in Pleuritide, præſertim Spuria.

Mirùm eſt quod refert Wallæus, ſc. Butyrum cum Cymino, Pectori exteriùs applicatum, tam fortiter operari, ut æger ſaporem ejus in ore ſentiat.

*Cataplaſma Liliaceum.*

℞. Rad. Lil. alb. ℥iv. coq. in Lact. ℔ij. deinde. ℞. Farinæ Sem. Lini, & Aven. ā ℥iij. coque farinas ad Cataplaſmatis conſiſtentiam in q. ſ. Lactis è radicibus prædictis colati; tandem cum radicibus contuſis miſce.

Valdè proficuum ad tenſionem, & criſpationem dolorificam Tumoris inflammati, vel Tendinis, aut Nervi puncti.

*Cataplaſma de Lino.*

℞. Farinæ Sem. Lini ℥vj. Fabar. ℥ij. Ol. Lini q. ſ. m.

Peculiariter (inter cætera) convenit ad Scroti tumorem.

*Cataplaſma Mithridaticum.*

℞. Mithridatii ℥j. Saponis, Ceparum coct. Sterc. Gallinæ, Calcis vivæ ā ℥ſs. Vitel. Ov. N°. iij. Axung. Porc. Anſer. Mellis ā ʒij. m.

Ad Apoſtemata rumpenda.

*Cataplaſma Narcoticum.*

℞. Micæ panis albi ℥iv. Herb. Hyoſcy. M ij. Sem. Papav. albi contuſ. ℥ſs. Opii (in Aq. Papav. ſoluti, & ad Mellis conſiſt. redacti) Sacch. Saturni ā ʒj. Ung. Popul. ℥ij. Vitell. Ov. N°. ij. Ol. Lilior. q. ſ. m.

Ad dolores maximè acres, & rodentes, conſopiendos.

*Catapl. de Ovis.*

℞. Vitell. Ov. ad duritiem coctos N°. iv. Ol. Succini ℈ij. Ol. Lini q. ſ. m.

Addere poſſis Theriac. Androm. ℥ſs.

Ad Dolores, & Tumores Hæmorrhoidales.

*Catapl. Papaverinum.*

℞. Flor. Roſ. rub. ſicc. minutim ſciſſ. ℈iv. Sem. Papav. albi contuſ. Ol. Roſ. ā ℥ſs. Farinæ Hord ℥j. Aceti q. ſ. contundendo miſce.

Refrigerans, Reſtringens, & Anodynum eſt: Fronti applicetur tepidè ad Capitis Dolorem pulſatilem.

*Catapl. de Pane.*

℞. Micæ panis albi ℥iv. coq. in Lacte, adde Ung. Popul. ℥j. Croci minutim conciſi ℈j. m. Anodynum eſt.

*Catapl. Paſſulatum.*

℞. Menthæ viridis M iij. Paſſul. enucl. ℥iij. Aceti q. ſ. contundendo in mortario reducatur in conſiſtentiam.

Mammis apponatur ad Lac abigendum.

*Catapl. de Pſyllio.*

℞. Mucilag. Sem. Pſyllii ℥iv. Farinæ Hord. ℥ij. Ol. Lil. Adipis Gallinæ ā ℥j. Butyri recent. ℥ſs. Croci ſubtiliter ſciſſi ℈j. Vitel. Ov. N°. j. m.

Ad furunculum furentem.

*Catapl. de Pomis.*

℞. Pulp. Pom. (non auſter.) aſſat. ℥j. Panis albi (in Lacte cocti, & expreſſi) ℥ſs. Album. Ovi N°. 1. Troch. Alb. Rhaſ. pulv. ʒij. m.

Ad Oculi Dolorem Inflammatorium.

*Catapl. de Raphano* ℥viij.

℞. Rad. Raph. ſylv. Scillæ ā ℥ij. Herb. Rutæ, Sem. Sinap. Salis ā ℥j. Sapon. nig. ℥ij. Aceti q. ſ. m.

Nonnunquam addere ſoleo pulv. Cantharidum ℈ij.

Pro plantis pedum in Febribus. Vid. Catapl. de Halec, & Lot. Ped.

*Catapl. de Rapis.* ℥xij.

℞. Rad. Raparum (in furno coct.) ℥viij. Herb. Rutæ contuſ. M. iv. Sem. Sinap. contuſ. ℥ij. Ol. Junip. ʒij. Ung. Nerv. q. ſ. m. f. Catapl. pulv. Euphorb. aſpergendum.

Ad Membra Paralytica. Vide Lin. Paralyt.

Ex Rapis coctis optimum fit Cataplaſma ad Teſticulorum Tumorem.

*Catapl. Repellens.*

℞. Herb. Plantag. M viij. Fl. Balauſt. contuſ. Alum. ā ℥ſs. coq. in Aq. & Aceti ā q. ſ.

*Catapl. de Ruta.*

℞. Herb. Rutæ, Fic. (in lacte ad mollitiem coct.) Cepar. ſub cinerib. aſſat. Theriacæ Ven. ā ℥j. pul. Rad. ſerp. Virg. ℥ſs. Ol. Scorp. q. ſ. m.

Ad morſus Venenatos.

*Catapl. Sambucinum.*

℞. Fol. [vel Cortic. intern.] Sambuci M. iv. decoq. in lacte: magmati expreſſo adde Saponis mollis ℥j. In linteum duplex extenſum, pulvere Ceruſſæ conſperſum, & calidè applicatum, mirificè compeſcit Eryſipelas.

*Catapl. Secalinum.*

℞. Farinæ ſecal., Sterc. Columb. ā ℥j. Aceti q. ſ. m.

Herpetem potenter ſiſtit.

*Catapl. de Sedo.*

℞. Conſ. Roſ. rub. ℥ij. Succi Sedi maj. Syr. de Mecon ā ℥ſs. Pul. Troch. Alb. Rhaſ. q. ſ. m. f. Catapl.

Uſui eſt contra Oculorum Dolorem, Ruborem, Tumorem, & Humoris Affluxum, Fervoremque.

*Catapl. Stomachic.* ℥j.

℞. Ther. Ven. ʒvj. Cinnam. Garyoph. pul. ā ʒj. Ol. Chym. Ment. gut. vj. Abſint. gut. ij. Aceti q. ſ. m.

Contra Nauſeam, & Vomitum.

*Catapl. de Succis.*

℞. Succ. expreſ. Cepar. Petroſel. Apii, Fœnic. ā ℥ij. Micæ panis albi q. ſ. contunde in Mortario.

Ad Urinam ciendam applicetur Pubis regioni; vel juxta Ureteres, ſi fortè calculus minor illapſus inibi ſubſtiterit. Vid. Fot. Diuret.

*Catapl. Suppedale.*

℞. Ther. Ven. ℥ij. Sem. Sinap. Gran. Parad. ā ℥iſs. Salis ℥j. Sapon. nig. ℥ij. Ol. Spicæ ℈ij. Aceti q. ſ. m.

Ut Suppedaneorum diverſa Genera, Operandi naturam, Uſurpandique rationem [ad mentem meam] explicem, dico quòd agant:

1. In quantùm vim ſatis notabilem immediato tactu, imprimunt in Plantarum cutim, exquiſitiſſimo ſenſu pollentem; quæ exinde in Fibrillas, Membranas, Nervos, Cerebrum, & Spiritus, hincque in Cor, Arterias, & Sanguinem facillimè derivatur Hujus generis ſunt 1. Actu calentia, & Pacantia, (qualis eſt Lotio Pedalis, quam vide) atque ex uſu ſunt, quoties Sanguis ebulliens inæqualiter circulatur, & impetu facto, Superiora perperàm impetit; ut in Capitis Ardore, Dolore, Vigiliis fieri ſolet. 2. Acria Stimulantia, qualia ſunt Catapl. de Halec. & de Raph. atque indicantur, cùm Spiritus ipſi opprimuntur (ſed non penitùs perimuntur)

& ſtupent : ut in Affectibus Soporoſis evenit.

2. Agunt (non primariò in Pedes ipſos, ſed) in quantùm Corpuſcula quædam ex iis decedentia, atque in Sanguinem ipſum admiſſa, illum, pro varia eorum natura, vel molliter palpant; vel vividè exagitant. Hujus generis ſunt, 1. Spiritus Expandentia, & Excitantia, ut Theriaca, Olea Aromatica, Allium, Sinapi, Euphorbium, &c. Hæcque expetuntur, quando Spiritus exhauſti, extremè languentes, & ferè ſuccumbentes. Continuitatis ſeriem, Expanſionis æquabilitatem, & Irradiationis vigorem, non ampliùs tueri ſufficiant; exindeque trepidant, reſiliunt, & deliquia patiuntur, prout in Febricitantium Tendinum Subſultibus, Syncope, &c. 2. Spiritus Demulcentia, qualia ſunt Columbarum, Pullorumve vivorum diſſectorum, & Pulmonum Agninorum adhuc calentium applicationes. Hiſque tunc utimur, cùm Spiritus ſummè irritantur, & exploduntur; ut in Vigiliis, Delirio, Convulſionibus.

### *Catapl. Suppurans.*

℞. Rad. Lil. alb. ℥iv. Cepar. (ſub cinerib. aſſat.) ℥ij. Herb. Malvæ, Alth. ā Mij. Fic. conciſ. N°. viij. coq. in Cereviſ. tenuis q. ſ. ad teneritudinem, contuſ. adde Farinæ ſem. Lini Fœnugr. Ung. Baſil. ā ℥ij. Ol. Lil. q. ſ. m.

### *Catapl. de Symphyto.*

℞. Rad. Symph. maj. ſigil. Salom. ā ℥ij. Herb. Geran. Roberti Piloſel. Plantag. ā Mij. Flor. Roſ. rub. Balauſt. Alum. ā ʒij. coq. in Aq. ferrata. Præcipuus uſus eſt ad Herniam.

*Catapl. de Telis* ℥xſs.

℞. Terebint. Ven. ℥ij. Succi Plantag. ℥iſs. Fic N°. iij. Flaved. Cort. Aur. recent. ʒij. Boli ʒiſs. Fulig. ℥ſs. Sterc. Columb. ℥iſs. Tel. Aranear. magn. N°. vj. Sapon. nig. ℥iv. Aceti q. ſ. m.

Ad Febres Intermittentes; Carpis ſtrictim alligetur ante Paroxyſmi acceſſum.

*Catapl. de Terra Cimolia* ℥xij.

℞. Micæ panis albi ℥iv. Sem. Papav. albi contuſ. ℥ij. Coq. in Lacte. Col. expreſ. adde Pul. Terræ Cimoliæ, Ol. Roſ. ā ℥ij. Ol. Mac. expreſ. ʒj. Camph. ℈j. m.

Capiti raſo admoveatur, ad Vigilias, & Phrenitidem, quoties cauſa ſit externa ſcil. Ardor, & ferè Inflammatio Pericranii. Ad Cerebrum verò ipſum, Cranii & Meningum mœniis tam ſecurè munitum, hujuſmodi Externa poſſe pertingere, vix adhuc auſus ſum credere.

*Catapl. Theriacale.*

℞. Ther. Venet. ℥ij. Myrrh. (vitello ovi ſolutæ) Pul. Rad. Serp. Virgin. Elix. Prop. Tartari. ā ℥ſs. Ol. Terebint. ℥ij. Camph. ℈j. Mellis q. ſ. m. f. Catapl.

Sanguinis, & Spirituum diſtributionem, & per partes circulationem, reſtituit; Calorem nativum revocat; Putredini reſiſtit: Morſibus venenatis, & Gangrænæ medetur.

*Catapl. Vomitum ſedans.*

℞. Cydon. [ſine Seminibus] ℔ſs. Coq. in Aceto ad mollitiem; in mortario contuſ. adde Pul. Balauſt. ℥ſs. Super linteum extenſ. aſperg. Pul. Garyoph. ʒj. & calidum applicetur.

Inter contundendum addi poteſt Aq. Hungar. ℥ſs. & ſuper linteum extenſo Ol. Ment. gt. viij. & Ol. Abſinth. gt. iv.

*Caudela Cordialis* ℔j.

℞. Amygd. dulc. contuſ. N°. xij. Vitel. ov. N°. ij. Conſ. Roſ. rub. & Conſ. Fl. Garyoph. ā ℥j. Aq. Cœleſt. ℥ſs. Vini Canar. Aq. Roſ. Damaſc. redolentis ā ℔ſs. m. & expreſ. adde Confec. Alkerm. ʒij. Ol. Cinnam. gut. ij. m.

*Caudela Matutina.*

℞. Vitel. Ov. N°. ij. Alæ optimæ, Vini albi generoſi ā ℥iv. Sacch. albiſſ. q. ſ. optimè (è vaſe in vas ſæpiùs transfundendo) agitentur, & incorporentur; tandem adde Nuc. Moſc. raſæ q. ſ. m. Morbo emaciatis reconvaleſcentibus jucundo eſt auxilio.

*Caudela Reſtaurans.*

℞. Medullæ ſpinal. Bov. [mundatæ à pelliculis] ℔ſs. Aq. Roſ. & Vini dulcis (Tent dicti) ā ℔j. Dactyl. inciſ. N°. x. Paſſul ſol. exacinnat. N°. xxiv. Cinnam. ʒij. Elixetur in Balneo vj. horas.

℞. Hujus col. ℥vj. Vitel. Ov. j. Nuc. Moſc. ℈j. Sacch. q. ſ. m. pro Hauſtu.

*2. Caud. Reſtaurans.*

℞. Vini dulcis (Tent) ℔iv. Raſ. Sant. alb. Cupul. Gland. ā ℥ſs. Rad. Eryng. cond. Dactyl. Fic. ā ℥iv. Nuc. Moſc. inciſ. ℥ſs. Herb. Lamii M. ij. Coq. ad ℔ij. Col. adhuc tepidæ adde Vitel. Ov. N°. iv. Sacch. cand. albi ℥j. m.

Addi poſſunt Raſ. CC. Ebor. Priap. Hippopotami, Hornrinium, &c. Propinetur tepidè manè.

*Cereviſia Amara Aromatica.*

℞. Abſint. ſicc. M. iv. Rad. Calami aromat. ℥iſs. Zedoar. ℥j. Angel. Hiſp. Enulæ, Zinzib. Galangæ, Cort. Winter. Cinnam. Sem. Carui, Coriand. ā ℥ſs. Pip. longi, Cubeb. Cardam. Garyoph. Mac. Nuc. Moſc. ā ʒij. Præp. pro ſacculo ſuſpend. in Cong. iv. Cereviſ. Ven-

Ventriculum frigidum calefacit, flaccidum corroborat; Coctionem juvat; Flatus diſcutit; Nauſeam tollit, & Vomitum ſedat. Porrò Sanguinem exaltat: Succos craſſos attenuat; crudos digerit; Obſtructiones aperit; & Diaphoreſin promovet.

*Cerev. Antimonialis.*

℞. Antimon. crudi (pulv. in nodulo ligati) ℔j. Herb. Fumar. Agrimon. ā M. iv. pro Ceveviſ. Cong. iv. Ad potum ordinarium, adversùs Sanguinis fæculentias, & Affectus Cutaneos.

Dr. Boyle infundit Cinnabarim Antimonii in vino Rhenano, ad eoſdem uſus: & in ejus laudes ſpatiatur.

*Cerev. Aperiens.*

℞. Rad. 5. Aper. Cichor. Filic. mar. Glycyrrh. ā ℥ij. Herb. Linguæ Cerv. Hepaticæ, Hed. terr. Summit. Tamariſci ā M. ij. Bac. Junip. Sem. Fœnic. dulc. ā ℥ij. Paſſul. ſol. exacin. ℔ſs. f. Sacculus pro Cong. iv.

Obſtructiones reſerat; Sanguinem retorridum, acrem, ſalſum corrigit; & recrementa ejus per Urinam amandat. Uſui eſt poſt Febres in quibus Sanguinis Craſis vitiatur; nec non in Scorbuto calidiori, Rachitide, &c. Doſ. ℔j. bis in die.

*Cereviſia Arthritica.*

℞. Raſ. Guajaci, Saſſaph. ā ℥j. Herb. Chamædr. Chamæpit. ā M. ij. Coq. in Cereviſ. novellæ (Lupulorum vice) Cong. vj. ad iv. Col. in doliolum repoſit. ſuſpend. Sacc. ſeq.

℞. Rad. Caryophyll. ℔ſs. Hermodact. ℥iv. Herb. Agrimon. Salv. Beton. ā M. iv. Epith. Fl. Stæch. Arab. ā M. ij. Paſſul. enucl. ℔ſs. Præp. ſ. a.

In Arthritide, Doloribus vagis, Affectibus

Catarrhoſis, Hydrope, Morbiſque à nimio & acri Sero, Tonoque partium præfracto oriundis, cum ſucceſſu laudabili propinatur ad ℔j. bis in die.

*Cereviſ. Adſtringens.*

℞. Rad. Symph. maj. Sigil. Salom. ā ℔ſs. Decoq. in Cerev. nov. generoſæ Cong. vj. ad iv. Col. adde Succi Plantag. Millefol. ā ℔j. & ſuſpend. in ſacculo Herb. Burſæ Paſt. Centinod. Saniculæ, Piloſel. ā M. iv. Paſſul. enucl. ℥xij. Simul. fermenteſcant.

Sanguinis compagem nimis laxam & ſolubilem obfirmat; Vaſa diſrupta conglutinat. Egregiè valet adversùs Hæmorrhoidum dolorem; quaſcunque Sanguinis profuſiones; Uteri Rheumatiſmum; Sudores nimios; & Ulcera ichoroſa.

*Cerev. de Baccis.*

℞. Bacc. Cynosb. ſiccat. & craſsè contuſ. ℔ſs. Bacc. Junip. ℥iv. Bac. Agrifol. Hed. arbor. Sem. Dauci ſylv. Fœnic. dulc. ā ℥j. Herb. Alth. Pariet. Aparines, Virgæ aur. ā M. iv. Paſſul. ſol. ℔ſs. Præp. pro ſacc. ſuſpendend. in Cong. iv.

Flatus diſſipat; è Renibus & Veſica Mucores & Arenulas eliminat.

*Cerev. ad Cancrum.*

℞. Rad. Angel. Hiſp. Bardanæ, Filipend. ā ℥iv. Enulæ ℥ij. Gent. Serp. Virg. ā ℥j. Herb. Jacobææ, Geran. Robert. Salv. ā M. iv. Scordii, Rutæ ā M. ij. Millep. viv. Pint. j. Antimon. crudi fruſtulatim fracti ℔j. f. Saccul. pro Cong. iv.

*N. B.* Minimè debet Cereviſia hæc eouſque inveteraſcere, donec aceſcat; idque non tantùm ob Millepedes, quarum Sal volatile ab Acido aboletur; ſed potiſſimùm ob Antimonium, quod ab Acido reſeratum, planè Emeticum evadere proclive eſt.

In

Inſerviat potui ordinario per menſem.

2. *Cereviſ. ad Cancrum.*

℞. Lig. Guajaci ℥iv. Saſſaph. Rad. Sarſap. Oxylap. Filipend. Cynogl. Cort. Jugland. ā ℥ij. Herb. Roberti, Lamii, ā M.iv. Millep. pint. j. Præp. pro Cong. iv. Cerev.

Scrophuloſis etiam præſcribi poteſt, iis præſertim qui frigidioris ſunt temperaturæ.

Obſervavi millies (inquit Sylvius) Alterantia blanda majori Ægrorum commodo uſurpari paulò ante aut poſt aſſumpta Alimenta, quin unà cum ipſis, quàm tempore alio. Sic enim Medicamenti vis ſe blandè admiſcet ac inſinuat, non tantùm Salivæ in Ventriculo, ſed confluentibus Humoribus omnibus in Dextro Cordis Ventriculo, & cunctis Arteriis, Veniſque; quo ipſo citiùs, faciliùs, feliciùſque abſolvetur quæſita ipſius, aut ipſorum, Emendatio, & Correctio.

*Cereviſ. Cephalica.*

℞. Raſ. Guajaci, Saſſaph. ā ℥ij. Coq. in Cerev. nov. tenuis Cong. vj. ad iv. & ſuſpend. ſacc. ſeq. ſc.

℞. Rad. Pœon. mar. ℥viij. Angel. ℥iv. Calami arom. Galangæ ā ℥ij. Herb. Beton. Salv. Chamæpit. Marrub. albi ā M. iv. Rutæ. Fl. Stæch. ā M. ij. Cort. Aurant. recent. ℥ij. Bac. Junip. Cardamomi ā ℥iij. Præp. ſ. a.

Pepſin adjuvat: Serum ſanguinis edulcorat; Cerebrum corroborat; Spiritus depurat, & copulâ heterogeneâ extricat. Uſui eſt in Morbis Soporoſis, Convulſivis & Paralyſi.

*Cerev. Chalybeata.*

℞. Limat. Chalyb. ℔ſs. Rad. Dulcamaræ ℔j. Probè contundendo commiſceantur in mortario, & f. Nodul. pro Cong. iv. Cerev.

——— Addi poſſunt Saſſaph. Bac. Junip. ā ℥ij. Herb. Abſint. M. ij.

Bibatur ℔ſs. bis quotidiè cum leviori exercitio; ad Sanguinis pauperiem emendandam; & obſtructiones expediendas.

Quamcunque vis Cereviſiam, hoc facili potes apparatu Chalybeatam reddere.

℞. Limat. Chalyb. ℔j. Tart. albi ℥iv. Contuſis in mortario (non æneo) ſenſim affunde Succi Limonum q. ſ. ad malaxandum: Stent 12. horas; deinde nodulo incluſa, cum cæteris [pro re nata præſcriptis] ingredientibus ſuſpend. in ſacculo in Congiis iv.

*Cerev. Chlorotica.*

℞. Guajaci, Saſſaph. ā ℥ij. Rad. Rubiæ Tinct. Apii, Ruſci, Zedoar. ā ℥iv. Herb. Artemiſ. Puleg. Cardiacæ ā M. iv. Thymi, Dictamn. Cret. ā M. j. Matricar. M. ij. Sem. Dauci ſylv. ℥iij. Gran. Parad. ʒj. Limat. Ferri (in nodulo ligat.) ℔j. f. Sacc. pro Cong. iv.

Languentem ſanguinis fermentationem de novo ſuſcitat; Succos crudos concoquit, pituitoſos incidit; Obſtructiones aperit; Corpori bonum habitum vividumque colorem conciliat. Chloroſi affectæ uſurpetur pro potu ordinario.

*Cerev. de Dauco.*

℞. Sem. Dauci ſylv. ℥vj. Paſſul. ℥xij. f. Sacc. pro Cong. iv.

Renes & Ureteres emungit; Arenulas pellit; & Calculi generationem præcavet. Tanta vis Diuretica huic Semini ineſt, ut quendam novi, qui multos annos hâc Cereviſiâ pro potu ordinario uſus, exinde quaſi Diabeticus eſt factus. Cùm verò ab ea idpropter abſtinuit, è morbo immunis redditus eſt, & adhuc dum (licèt Octuage-

genario major) ſanus permanet vigetque.

*Cerev. Diuretica.*

℞. Sem. Sinap. integri ℥iv. Ponatur in lagena vitrea cum Alæ ℔ij. Poſt tres dies depromatur ad uſum; & quoties hauſtus expromatur, tóties lagena de novo Alâ iterum repleatur; idque eouſque repetatur, donec Semen fuerit effœtum, & exhauſtum.

Potentiſſimè, & ultra fidem, Urinam movet, Convenit Hydropicis, Arenuloſis, Scorbuticis, Paralyticis.

*Cerev. Epileptica.*

℞. Rad. Pœon. mar. recent. ℥iv. Sterc. Pavon. ℔ſs. Paſſul. ſol. ℥xij. f. Saccul. pro Cong. ij.

Specifica habetur adversùs Epilepſiam, & Vertiginem.

Stercoris Pavonis partes ſunt duæ diſtinctæ; una nempè fuſca & villoſa, quæ conſtans ex quiſquiliis aridis, ex comeſtorum reliquiis fit, planèque inutilis eſt; altera autem alba, & æquabilis, quæ Sanguinis Recrementum eſt & Sale volatili imprægnatur. Hæc ſola Medicamentoſa habetur.

*Cerev. Hydropica.*

℞. Cinerum Geniſtæ cribrat. ℔ſs. Rad. Raph. ſylv. ℥iv. Irid. Florent. Calami arom. Enulæ ā ℥ij. Lig. Guajaci, Saſſaph. Bac. Junip. Sem. Dauci ſylv. ā ℥j. Sem. Sinap. ℥ij. Præp. pro Cong. iv.

Concoctionem juvando; Lympham gelatinoſam eliquando; Obſtructiones amovendo; Urinamque ciendo; Anaſarcâ laborantibus mirificè ſubvenit. In Aſcite verò, & ubi vaſa lymphatica ſunt diſrupta, plus damni, quàm levaminis, allaturam antumo.

*Cerevif. Hyſterica.*

℞. Raſ. Lig. Buxi ℔ſs. Fol. Viſci arbor. conciſ. M. iv. Coq. in Cerev. nov. Cong. vj. ad iv. Col. ſuſp. Sacc. ſeq. ſc.

℞. Rad. Pœon. mar. recent. ℔ſs. Bryon. albæ ℥iv. Herb. Artemiſ. Meliſſæ ā M. vj. Puleg. Rutæ ā M. ij. Sem. Dauci ſylv. Angel. (vel Paſtin. ſylv.) ā ℥ij. Raſ. Stanni (in nod. lig.) ℔ſs. Præp. ſ. a.

Mulieri Vaporibus obnoxiæ propinetur ter in die: vel inſerviat uſui ordinario.

*Cerev. Ictterica.*

℞. Raſ. Ebor. ℥j. Marrub. albi M. iv. Coq. in Cerev. nov. Cong. vj. ad. iv. Col. ſuſp. ſacc. ſeq.

℞. Rad. Oxylap. ℔ſs. Curcumæ, Rub. Tinct. ā ℥ij. Urticæ ℥iv. Herb. Chelid. maj. Aparin. Fragariæ cum toto, Cort. Berber. ā M. iv. Sterc. Ovilis (in nodulo) ℥iv. Millep. viv. pint. j. Limat. Chalyb. ℔j. Præp. ut artis.

Sanguinis pauperiem emendat; Succorum cruditatem corrigit; Hepatis obſtructiones expetit. Cachecticis. & Ictericis medetur.

*Cerev. Juniperina.*

℞. Bac. Junip. Contuſ. ℥iv. Paſſul. ſol. conciſ. ℔ſs. Includantur ſacculo è tela rara, qui pendeat in Alæ mediocris Congiis iv. ſinatur fieri fermentatio ad perfectam uſque depurationem. Liquor deinde limpidus includatur Lagenis vitreis, quæ probè obturatæ in Hypogæo reſerventur.

Et palato, & ventriculo gratiſſimè arridet; Flatus diſcutit; Saburram Renum ejicit; Arenulas pellit; Lienoſis, & Calculoſis plurimùm confert.

*Cerev. è Lignis.*

℞. Raſ. Guajaci, Saſſaph. ā ℥ij. Sant. citr. & rub.

rub. Raſ. Ebor. CC. Rad. Sarſap. Chinæ ā ℥j. Glycyrrh. Sem. Aniſi, Bac. Junip. ā ℥ij. Paſſul. ℔ſs. Antim. (in fruſtula comminuti, & in nodulo ligati) ℔j. Præp. pro Cong. iv.

Calefacit; exſiccat; crudos humores concoquit; craſſos attenuat; viſcidos incidit; lentos abſtergit; aquoſos diſcutit. Diaphoreſin. concitat. Ritè convenit quibuſcunque Affectibus Frigidis, Pituitoſis, Catarrhalibus; porrò & Tumoribus Seroſis, Oedematoſis; & Ulceribus humidis.

*Cerev. Pectoralis.*

℞. Rad. Chinæ ℥iv. Sarſapar. Symph. maj. Glycyrrh. ā ℥ij. Irid. Florent. Enulæ ā ℥j. Raſ. Ebor. CC. Sant. citr. & rub. ā ℥ſs. Herb. Ling. Cerv. Rutæ murar. Hed. ter. Scabioſæ ā M. iv. Sem. Aniſi ℥ij. Paſſul. ſol. ℔ſs. Præp. pro Cong. iv. Addi poſſit Gallus ſemicoctus, & in fruſtula conciſus.

Sanguinis, & humorum acrimoniam attemperat; Lentorem incidit; Expectorationem facilitat; Pulmones roborat. Valdè proficua eſt vel in Phtiſi ipſa, ſi nondum fuerit confirmata.

*Cerevиſ. Purgans.*

℞. Rad. Oxylap. ℥xij. Polypod. ℥iv. Raph. ſylv. ℥ij. Herb. Hed. terr. Naſturt. aq. Becabungæ, Cochl. hort. ā M. ij. Lig. Saſſaph. Bac. Junip. Sem. Coriand. Glycyrrh. ā ℥j. Sennæ ℥iv. Paſſul. ℔ſs. Præp. pro Cong. iv.

Utiliter propinatur Scorbuticis, Cachecticis, humorum, & fæcum abundantiâ laborantibus. Verno tempore manè ad ℔j. hauriatur plus minùs, per unam alteramve hebdomadam.

Cereviſiæ Purgantes nil, vel parùm, alvum ſubducunt, ſi aceſcere incipiant, inquit *Le Mort.*

Ce-

*Cerev. Purgans Antimonialis.*

℞. Rad. Oxylap. ℔ſs. Polypod. Enulæ ā ℥iv. Lig. Santal. citr. rub. Bac. Junip. ā ℥ij. Sem. Carui, ℥j. Herb. Scabioſæ M. viij. Hepat. Agrimon. ā M. iv. Sennæ ℥iv. Rhab. ℥ſs. Agar. ℥j. Antimon. crudi [in fruſt. contuſ. & in nod. lig.] ℔j. Diſpenſ. pro ſacculo ad Cong. iv. Cerev. quibus adjice Succi Fumar. ℔iv.

Ad Pſoram, & Affectiones Cutaneas.

*Cerev. Purgans Hydropica.*

℞. Rad. Irid. noſtrat. ℥iv. Raph. ſylv. ℥ij. Enulæ, Scil. ā ℥j. Sem. Sinap. Bac. Junip. Lig. Saſſ. ā ℥ij. Cort. Winter ℥ſs. Cort. inter. Sambuc. Ebuli ā ℥ij. Sennæ. ℥iv. Rad. Helleb. nig. Jalap. Agar. ā ℥ſs. Diſpenſ. pro Cong. iv.

Ingredientia (præter purgantia) continet tenuum partium, quæ Obſtructiones reſerant, Urinamque pellunt. Hydropi adæquatè convenit, ad ℥viij. ad ℔j. ſingulis diebus manè ſumpta.

*Cerev. Purg. Puerilis.*

℞. Rhab. tenuiter inciſi ʒij. Glycyrrh. Sem. Aniſi ā ℈ij. Paſſul. ſol. enucl. N°. 30. vel 40. Pon. in Lagena vitrea cum Cerev. ℔ij.

Suaviter, & ſine ægritudine, operationem ſuam peragere ſolet; Ventriculum & Inteſtina lubrica corroborat: Vermibus infenſa eſt. Doſ. ℥ij. plus minùs.

*Cereviſ. ad Rachitidem.*

℞. Rad. Oſmundæ reg. (vel ejus defectu. Filic. mar.) Glycyrrh. Lig. Saſſaph. ā ℥j. Cort. Fraxini, Cort. Hederæ arbor. ā ℥ſs. Summit. Tamariſci. Herb. Ling. Cerv. ā M. iv. Millep. viv. N°. 250. Paſſul. ſol. ℥iv. Diſpenſ. pro. Cong. j.

Specifica meritò audiat ad hunc Affectum; ſit pro potu communi quotidiano. Ra-

Rachitides veræ rariùs occurrunt, niſi annis, quibus Intermittentes Antumnales prædominiumhabent, quod obſervatû dignum, inquit Sydenham.

*Cereviſia Scorbutica Attemperans.*

℞. Summit. Pini (vel Abietis) M. iv. Coq. in Cereviſ. nov. generoſiſſimæ Cong. v. ad iijſs. In doliol. repoſit. affunde Succi Becab. Naſturt. aq. Tarax. Aparines ã ℔j. Fermenteſcant ſimul cum ſacculo ſeq. immiſſo.

℞. Rad. Oxylap. ℥iv. Sarſæ, Chinæ, Bac. Junip. ã ℥ij. Raſ. Sant. citr. & rub. CC. Eboris, Glycyrrh. Sem. Fœnic. dulc. ã ℥j. Herb. Ling. Cerv. Hepat. Agrimon. Hed. terr. ã M. ij. Antimon. crudi ℔j. Præp. ſ. a.

Sanguinem aduſtum ac fervidum temperat; ſupra modum fermenteſcentem ſedat; Hypochondria valdè æſtuantia refrigerat; in iiſque ſanguinis & vaporum ebullitiones, immodicamque ζύμωσιν, cohibet. Singulari modo reſpicit Scorbutum Calidum, & Affectionem Hypochondriacam. Sit pro potu ordinario.

*Cereviſia Scorbutica Calida.*

℞. Rad. Oxylap. ℔ſs. Raph. ſylv. ℥ij. Lig. Guajaci ℥iv. Bac. Junip. Cort. Aurant. recent. ã ℥j. Cort. Winter. Sem. Sinap. Pip. longi, Caryoph. ã ʒij. Paſſul. ℥iv. Herb. Cochl. hort. Becab. Naſturt. Aq. Aparin. ã M. iv. Ritè præp. pro Cong. iv.

Si purgantem volueris, adde Rhabarb. ℥j. & Sennæ ℥iv.

Cruditatem Scorbuticam concoquit; concretiones ſalinas diſſolvit; fæculentias pituitoſas eluit; ſanguinis miſtionem reſtituit; ejuſque circuitum per vaſa corporis minima liberiorem reddit. Temperamento frigidiori præditis maximè commoda eſt. Ce-

*Cereviſia Scorbutica Extemporanea.*

℞. Cerev. mediocris ℔ij. Spirit. Cochl. ʒij Bac. Junip. ʒj. Sem. fœnic. dulc. Glycyrrh. ā ʒſs. Paſſul. ʒij. Reſerv. in lagena vitrea. Addi poſſunt Raph. ſylv. ℈ij. Cort. Wint. ℈iv.

Iiſdem pollet virtutibus ac prior; eſt quidem illa parabilior; ſed vix adeò efficax.

*Cerev. ad Scrophulas.*

℞. Raſ. Guajaci, Saſſaph. Jugland. arbor. Rad. Lapathi acuti, Filipend. Cynogloſ. ā ℥ij. Herb. Geran. Robert. Lamii ā M. iv. Paſſul. ſol. ℔j. Millep. viv. pint. j. Præp. pro Cong. iv.

Singulariter, & ſpecificè, reſpicit Scrophulas, Cancrum, & Affectus Cutaneos.

*Cerev. Splanchnica.*

℞. Guajaci. Saſſaph. ā ℥ij. Coq. in Aq. font. Cong. j. ad ℔iv. Col. infundatur in doliolum cum Cerev. nov. potentis Cong. iiiſs. & immittatur Sacc. ſeq.

℞. Rad. Lapathi acuti ℥viij. Raph. ſylv. ℥iv. Cort. Fraxini ℥ij. Bac. Junip. ℥j. Sem. Dauci ſylv, Coriand. ā ℥ſs. Herb. Agrim. Hepaticæ, Ling. Cerv. Summit Tamariſci ā M. iv. Præp. pro Cong. iv.

Fæculentias atrabilarias, in viſceribus ſtagnantes, circulationi reddit: Splenis duritiem & infarctûs diſſipat. Eximiè conducit Hypochondriacis, ſi pro potu ordinario diù aſſumatur.

*Cerev. Splenetica.*

℞. Cort. Tamariſc. ℥iv. Cort. Cappar. Fraxini, Lig. Guajaci, Saſſaph. ā ℥j. Herb. Agrim. M. iv. Abſint. Cuſcutæ ā M. ij. Incide, & coque in Alæ Cong. vj. ad iv. in quibus ſuſpende (in nodulo) Limat. Chalyb. ℔ſs. Antimon. crudi ℥iv.

Hujus per fermentationem depuratæ doſis ſit ℥vj. vel ℔ ſ. bis in die,

*Cibus Albus.*

℞. Lact. ℔iv. Thorac. Caponis cocti, Amygd. dulc. excort. ℥ij. Contundantur, fortiter exprimantur; tunc bulliant addendo farinæ Orizæ ℥iij. & cùm concreſcere incipiunt, lento igne addantur Sacch. alb. ℥viij. Aq. Roſ. rub. cochl. x. m.

Ad victum reficientem in Tabe, & Gonorrhæa.

*Collyrium Album.*

℞. Camph. gr. xij. Troch. alb. Rhaſis ʒij. Aq. Roſ. Alb. Aq. Euphragiæ ā ℥iv. infunde, & cola.

Oculorum Inflammationi, Rubori, & Dolori medetur, uſurpetur externè colluendo, & guttatim inſtillando ſingulis matutinis; idque ad pluſculos dies.

*Collyrium Armoniacum.*

℞. Aq. Calcis lympidæ ℥ij. Sacch. Saturni ℈ſs. Sal. Armon. crudi gr. vj. m. Ad acres humorum fluxiones, ſiſtendos; ad rubores, & dolores, tollendos. Refrigerat; ſiccat; detergit.

*Collyr. Saturninum.*

℞. Sacch. Saturni gr. viij. Aq. Roſ. alb. ℥j. m. maximè refrigerat.

*Collyr. de Succis.*

℞. Vitrioli albi gr. viij. Succi Chelidon. maj. Suc. Fœnic. ā ℥ſs. Mellis ℥j. coq. & deſpuma.

Præclarè detergit, & nebulas tollit: dolorem acrem, ſed citò ceſſurum excitat. gutta j. pro vice inſtillanda ſufficiat. Diù poteſt aſſervari.

*Collyr. Vitriolicum.*

℞. Vitrioli albi gr. iv. Aq. Sperm. Ranar. ℥j. m.

Refrigerat, ſiccat, detergit. Efficax eſt ad Ophthalmiam, Epiphoram, Ulcera.

*Cucuphæ* ʒx.

℞. Rad. Pæon. mar. ſicc. ʒij. Angel. Hiſp. ʒj. Irid. Florent. Flor. Lavend. ā ʒſs. Fl. Stæch. Arab. ʒj. Garyoph. Nuc. Moſc. Mac. ā ℈j. Styr. Calam Labdani, Succini, Balſ. Tolu, ā ʒj. Ol. Roriſmar. gut. v. fiat pulvis craſſiuſculus, qui bombace exceptus, & panno ſericeo interſutus, formetur, ut artis eſt, pro Cucupha, quæ ſingulis noctibus, fumo Succini, Olibani, Balſami Tolut. aut ſimilium (ſuper carbones conjectorum) calefacta, ſuper caput geſtetur.

Inſignis eſt utilitatis in Affectibus Capitis, humidis, pituitoſis; in Doloribus frigidis, diuturnis, Catarrhalibus. Spiritus recreare, & robur Capiti Cerebroque conciliare creditur.

*Decoct. Acetoſæ.*

℞. Rad. Acetoſæ, Paſſul. ſol. exacin. & conciſ. ā ℥ij. Rad. Glycyrrh. Hord. Perl. ā ℥ſs. Coq. in Aq. font. ℔iij. ad ℔ij. Col. adde Syr. Limon. ℥j. m.

Sit in Potum Febricitantibus.

*Decoct. Agarici.*

℞. Agar. (conciſ. & nodolo lig.) ʒij. Coq. in Aq. font. q. ſ. ad. ℥iij. ſub. finem. addendo Garyoph. contuſ. ʒſs. Col. admiſce Scammon. præp. gr. iv. Syr. Roſ. Sol. ℥j. Ol. Aniſi gut. j. f. Potio.

Ubicumque Phlegma tenax, viſcera oblinens, fuerit expurgandum, apprimè convenit; & ſpeciatim Chloroſi laborantibus (ante Chalybeatorum uſum) inſigniter conduxiſſe ſæpiùs obſervavi.

*Decoct. Allii.*

℞. Raſ. Lig. Sanct. ℥iij. Rad. Zedoar. ℥iſs. Coq. in Aq. font. ℔xij. ad medias, ſub finem ad-

dendo